



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

LXVII. Maria vngit Iesvm in Bethania. Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 12.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

576 DOCTRINA ET MIRACULA

qui² noluerunt³ me⁴ regnare super⁵ se,
adducite⁶ huc, & interficite ante⁷ me.

LXVII.

Maria ungit IESVM in Bethania.

Matth. 26. Marc. 14. Ioan. 12.

Feria 2.
Hebdom.
maioris.

Bern. l. 56.
in paruis.

1. **I**ESVS ergo ante sex dies Pascha venit
Bethaniam ubi Lazarus fuerat
mortuus² quem suscitavit IESVS. Fecerunt
autem ei coenam³ ibi, & Martha⁴ mini-
strabat: Lazarus vero unus erat⁵ ex dis-
cumbentibus cum eo. Maria ergo accepit li-
bram⁶ unguenti, nardi, pistici, & pretiosi: &
⁸ fracto alabastro⁹ effudit super¹⁰ caput
ipsius recumbentis, & unxit¹¹ pedes Iesu, &
exterisit pedes eius¹² capillis suis, & domus
¹³ impleta est odore unguenti. Bernardus,
"Duo pedes Dei, Misericordia & iudi-
cium: Hos primo ungit anima pecca-
trix unguento compunctionis: Caput
deinde unguento deuotionis ex me-
moriam beneficiorum diuinorum con-
fecto.)

2. Dixit ergo unus ex discipulis eius
(Iudas Iscariotes qui erat eum traditurus)
³ quare

¹ quare hoc unguentum non uanijt trecentis denarijs, & datum est egenis? dixit autem hoc, non: quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, ³ & loculos habens ea qua mittebantur portabat. Bernardus, "Sed & nunc quoque cum fortè uideatur quispiam vacare Deo, tantoque deuotionis esse ut meritò credatur ungeri caput Christi, non desunt qui hoc perditionem dicant, & iusto ut sibi uideatur, murmure conqueruntur, quòd is qui pluribus prodesse poterat, quiescat sibi; non quòd sanctitati inuideant, sed prouideant Charitati.) Cæterùm ipsa Charitas Deus, & c.)

Bern. sup.

3. Sciens autem IESVS ait, Sinite illam: quid illi¹ molesti estis? opus enim² bonum operata est in me: nam³ semper pauperes habetis uobiscum: me autem non⁴ semper habetis: quod⁵ habuit hac, fecit:⁶ prauentit ungeri corpus meum in sepulturam. Amen dico uobis,⁷ ubicunque pradicatum fuerit hoc euangelium in toto mundo, dicetur quod hac fecit in memoriam⁸ eius. Gaudentius, "Quamuis Dominus IESVS conscientia iudex esset, noluit tamen Iudam de occultis eius acrius increpa-

Gaudent
ser. 13.

Bern. sup.

re.) & Bernardus supra, " Quid molesti estis huic mulieri? nam & si quod fatendum est) melius est ad quod illam trahere tentatis, bonum tamen opus est quod operata est in me. Sinite eam interim operari bonum quod potest: Noui enim ego quod adhuc mulier sit; cum autem mutatione dexteræ excelsi de muliere factus fuerit vir, tunc melior erit iniquitas viri, quam nunc beneficiens mulier: nec reputo perditionem, vnguenti huius effusionem, in quo & mulieris deuotio designatur. & mea præfiguratur sepultura.)

LXVIII.

Eijciuntur è Templo negotiantes.

Matth. 21. Luc. 19.

Feria 3. post I. **E**T intrauit IESVS in templū Dei, & eiciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & mensam nummulariorum, & cathedras vendentium columbas euerzit, & dicit eis, scriptum est, domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem fecistis eam speluncam latronum: & accesserunt